

Sigismundus Dei Gratia rex Poloniae, magnus
dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masovia & do-
minus et haeres.

Significamus tenore presentium quibus expe-
dit universis et singulis, quia quemadmodum
nobili Joanne Struinski citaverat citatione
nostra scultetum et scabinae Sandecenses cita-
tione nostra regali, occasione inscriptionum
certarum sine recognitione personali, imo in ab-
sentia ejusdem Joannis Struinski in actu ipsorum
introductarum et insertarum, et praesertim concor-
dia inter ipsum Joannem Struinski et praefatam
Abbatissam Sandecensem aserta, quam ipse
Joannes Struinski nunquam fecisse et nunquam
recognovisse constanter affirmat, volem eodemo
secundum juris formam pro eo indebito actu con-
vincere. ex adverso vero cum procurator ipsorum
sculteti et scabinorum petisset, intellecta proposi-
tione ipsius Joannis Struinski cum allegasset
hanc instantiam et actionem praefati Joannis Stru-
nski vergere ad ignominiam et dedecus ac penam
ipsorum sculteti et scabinorum postulasset con-
cedi ipsius dilationem ad sistendum eodemo in
personis proprijs tanquam in causa criminali. ~
itaque nos decernimus praefatos scultetum et
scabinos in praesentia sessione et audientia nostra
causarum civilium debere ipsos personaliter com-
parere, et ad objecta justa citationem et proposi-
tionem ipsius Joannis Struinski eidem respondere.

hac nostra sententia mediante. harum testimo-
nio literarum quibus sigillum nostrum est
subimpressum. Datum Cracoviae feria quarta
pridio festi Sancti Lucae Evangelista anno Do-
mini. Millesimo quingentesimo quadragesimo
secundo.